

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis**

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et  
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In  
sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouißimis; necnon  
[et] quosdam orandi modos ... complectitur

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1611**

Reverendissimo Ac Serenissimo Principi Ferdinando, Dei Gratia, Electo Et  
Confirmatio Archiepiscopo Coloniensi Et Principi Electori, Episcopo  
Leodiensi & Monasteriensi, Coadjutori & Administratori ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54597](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54597)

REVERENDISSIMO  
AC SERENISSIMO  
PRINCIPI  
**FERDINANDO,**  
DEI GRATIA, ELECTO  
ET CONFIRMATO ARCHIEPI-  
SCOPO COLONIENSIS ET PRINCIPI  
Electori, Episcopo Leodiensi & Monasteriensis,  
Coadiutori & Administratori Paderbornensis,  
Hildesheimensis, Berchesgadensis Ecclesiarum,  
Principi Stabulensi, Comiti Palatino Rheni,  
vtriusque Bauariæ Duci, Duci VVest-  
phaliæ, Angariæ, & Bullonij,  
Marchioni Franchimont-  
tensi, &c.

*Domino nostro Clementissimo.*

**D**EBO, piâ naturæ lege,  
Cels. Tuæ, SERENISS.  
PRINCEPS, in isto col-  
latæ à Deo dignitatis ini-  
tio, non gratulationem  
tantum; quam, communi  
plausu, Cels. Tuæ soluerunt omnes boni:  
sed & obseruantia pignus, & tanquam Prin-  
cipi Subditus, obedientiæ vestigal. In quo,  
etsi Modestia Tuæ sciam, etiam pro ma-  
ximis, à Subdito, minima suscipere; non

EPISTOLA

est tamen debitæ à me Reuerentiæ, ad Sereniss. Imperij Principem, & Reuerend. Ecclesiæ Patrem proletariū aliquod opus protrudere. Offero itaque munus hoc, ab Authore & animo magnum, & ab argumento maximum: vtroque nomine verè pium, ac Pietatis Tuæ Patrocinio dignissimum. Meditationes sunt R. P. LUDOVICI de PONTE è Societate IESV, de sacris fidei nostræ mysterijs: quarum, quanta esse possit ad pietatem, in Christianos omnes, utilitas, norūt ij, qui CHRISTIANI, quod gerunt, nominis dignitatem intelligunt, ac mysteriū. Quotquot enim nomine hoc insignimur, ipsa appellatione, nos promittimus vitæ CHRISTI, tanquam actionum nostrarum regulæ, ac exemplaris sedulos imitatores. Ad regulam porrò incognitam nemo se dirigit: sed notam eam esse oportet, ac manifestam: ita vt quantò notitia eius fuerit plenior, directio quoque possit esse perfectior. Præsertim accedente quodam voluntatis tractu, quò ad ea quæ iam intellectus cognouit, ipsa quoque per amorem rapiatur. Ad duo autem hæc, notitiam dico, & amorem, nulla meditationibus commodior est via. Suscipe itaque SEREN. PRINCEPS munus vt à Subdito debitum, ita libenter præstitum: &, quia

libra-

DEDICATORIA.

librarium est, sub Serenitatis Vestrae tute-  
lā, ac mandato lucem videat: quod in sub-  
iectis Serenitatis Vestrae Prouincijs, fru-  
ctus ad pietatem vberrimos dabit: & sub  
augusto nominis tui titulo inter augustas  
quoque manus insinuabitur. Seruiet illud  
omni Christianorū generi, Ordini, Con-  
ditioni: eis maximē, qui reducendis ad  
Christum errabundis, sub Archiepiscopa-  
li Paternitatis Vest. Protectione defudant.  
quorum omnium fructus, ad Serenitatis  
Tuæ horrea redundabunt.

DEVS Opt. Max. Serenit. Vestram Ec-  
clesiæ suæ in annos plurimos seruet inco-  
lumem.

Seren. Vesta  
indignus Cliens,

IOANNES KINCKIUS  
Ciuis & Typographus  
Coloniens. humiliter de-  
dicat.